

IOANNES SCHO

NERVS DISCIPLINARVM MA

THEMATICARVM PROFESSOR D. GEOR

GIO VOLCAMERO S. D.



Ensisse quosdam è sapientib. priscis com-
perio, aptiss. esse discrimẽ quo à reliquis
animantib. homo discerneretur, numero-
rum intellectũ & scientiã, neq; enim alia
quæ ingenij bona sunt, non etiam in bestijs uel inesse
uel relucere. Quæ cum considero non temere neq; ab
horrentia à uero dicta existimo. Nam ut ab exili ani-
malculo ordiamur formica, quos illi sensus quantum
cordis inesse cognitum est, ut Cleanthẽ cui nõ place-
ret ratiõis participes esse bestias, hoc ipsum admiran-
tem spectatorẽ retinuerit, dum cernit precio oblato
unum quasi agmen illarũ, mortuũ suum ab aduerso
redimere. Sed in apicula, quid solertiæ, curæ, studiij,
pietatis, mundiciæ requirere possis? quo illæ gnauita-
te cellulas extruunt, qua colunt disciplinæ sanctimo-
nia, augent sedulitate? Quanta religione ducẽ obser-
uant, quibus modis tuentur suos, arcent exagitantq;
hostes? ut mihi Virgilio horum omnium admiratio
expressisse hæc uideatur.

Magnanimosq; duces totiusq; ex ordine gentis

Mores & studia & populos & prælia.

Et.

Ipsæ Regem paruosq; Quirites

Sufficiunt, aulasq; & cerea regna resignant.

A ñ

Transeæ